lum est: & etiam quia contristatus est. **A**n-  
de inquantū tristitia talis inducat ad fugā  
peccati. patet q̄ utilis est. **A**nde apostolus  
ij. Corinth. vij. **B**andeo. non quia contris-  
tati estis: sed quia contristati estis ad peni-  
tentiam. **A**liquid vero est fugiendum. non  
quia sit sibi se malum: sed quia occasio ma-  
li vel quia ei homo nimis inheret p̄ amor-  
rem: vel quia ex hoc precipitatur in aliqd  
malum. sicut patet in bonis temporalibus

**A**nde tristitia de bonis temporalibus pos-  
est esse utilis. sicut dicitur **E**cclias. vij.

**M**elius est ire ad domū luctus q̄ ad do-  
mum conuiuij &c. **S**ecundo ostenditur  
primo in auctoritate inducta q̄ tristitia de-  
bet esse temperata: cū dicit. modicū scz mo-  
dica sit tristitia. **S**ecundo quoad tēporis  
breuitatem vt non multo tempore perseues-  
remus in ea. & ideo dicit nunc qd sonat bre-  
uitatem presentis temporis. & hoc vt possi-  
mus sine lesione tolerare. **Q**uia sicut dicit  
**A**ullius. **O**mnia breuia tolerabilia esse de-  
bent etiā si magna sint. **E**t hinc est q̄ etiam  
deus dat nobis ad patiendum in vita ista  
passionem breuē & modicam pro qua post  
ea in futura vita reddet nobis gloriam eter-  
nam & magnam. i. Petri. v. **C**ocauit nos  
in eternam gloriam suam in christo iesu mo-  
dicum passos. **V**ult enim vt hic in sustinen-  
do tristitiam laboremus modicū vt postea  
requiescam⁹ multū. sibi illud **E**cclias. li.

**M**odicus laboravi & inueni mihi multam  
requiem. **E**t ideo modicū est tempus tristi-  
cie: quā oportet sustinere. **A**pocalips. vi. **D**i-  
ctum est illis vt sustinerent tempus adhuc  
modicum. **A**nde pro tristitia breui quam  
nunc sustinemus ineffabilem leticiam red-  
det nobis dñs. sibi illud **I**ob. xvi. **V**os quia  
dem nūc tristitia habetis. iterū autē vide-  
bo vos & gaudebit cor vestrum. **D**

**T**ertio in themate as-  
supto specificat tristicie matia: qz sup mortuū.  
**N**otādū q̄ mortu⁹ pot⁹ esse hō duplici  
Nam aliqd mortū corporalē. et super ras-  
lem mortuū plorandum ē modicū. tamen  
quia plorat⁹ talis nihil valet nec prodest illi

¶ **S**ermonū funebriū

tūc quia si multus esset noceret ipsi plorāti  
**E**t ideo dicit **E**ccli. xxxviii. *Ne dederis in  
 tristitia cor tuum: sed repelle eam a te, et post  
 subditur. Et hinc nihil pderis. s. defuncto:  
 et teipm pessimabis. s. ex nimia tristitia et  
 ploratu. Alij hō moriunt spūaliter scz mor  
 te peccati. **I**stis est maxime compatienduz  
 quia dira peccatorz vulnera patiunt qbus  
 nos compari debem: et ideo de ytroqz mō  
 dī. **E**ccli. xxxviii. *Nili in mortuū scz corpo  
 re pduc lachrymas scz tempatas et de mor  
 tuo supple in peccato quasi dira passus inci  
 pe plorare. **A**lis em̄ ploratus est cōpassio  
 nis et est meritorius plorāti ppter charita  
 tem: et est utilis tali mortuo: quia aliquādo  
 ppter tales lachrymas resuscitat a pctō.  
**U**nde dictū fuit matri beati augustini que  
 plorabat pditionem filij sui augustini: sicut  
 matres cōsueverunt flere corporea funera  
 filiozū. **I**mpossibile est vt filius istarum la  
 chrymarū pereat. **U**nde in figurā hui⁹ do  
 minus lachrymando lazari mortuū susci  
 tauit. **E**t ideo lachrymis et ppijs et alienis  
 resuscitat homo a morte pcti ad vitā gra  
 tie p quas puenit ad vitam glorie eterne.  
**A**d quam nos pducit deus etc.**

**D**e steru propter considerationez nostrī.  
**S**ermo III

**I**n mortuuz pduc

lachrymas: et quasi dira passus  
 incipe plorare. **E**ccli. xxxviii. **T**ri  
 plici de causa lz homini plorare et dolere de  
 aliquo defuncto. **P**rimo est cōpassione ipsi⁹  
 defuncti: puta si sit male mortu⁹: et speciali  
 ter quoad aiām: vt cū certitudinalit appa  
 reret vel saltē visibiliber q sit mortu⁹ in pctō  
 vel infidelitatis vel vsure vel impenitentie  
 vel desperationis. **E**t ista forz de causa da  
 tid plantū fecit sup morte saul. **S**ecunda  
 causa potest esse ex compassione pximi scz  
 compatiēdo viuū qui ex morte alicui⁹ dā  
 na consequunt. **S**icut legi⁹ de beato **A**m  
 broso episcopo. q flebat amarissime quan  
 do audiebat de morte alicuius sancti sacer  
 dotis: vt quia se pcellerat et in hoc compa  
 tiebatur sibip̄s: vel qz difficile erat hōiū i  
 uenire. et in hoc respiciebat damnū pximo  
 rum. **T**ertia causa potest esse ex compassione  
 sui scz ppter damnū quod ipse cōsequitur.  
 ex alicuius morte: et de hoc specialiter expo  
 ni possunt verba pposita q dicit. **I**n mor  
 tuū pduc lachrymas etc. **I**n quibus qz

dem verbis tangitur duplex ratio plorādi  
 de aliquo mortuo.

**E**t prima quidē sumit ex bonis que hos  
 mo inde pdit: et hac ratione dicit, in mortu  
 um produclachrymas.

**S**ecūda vero sumit ex malis que inde  
 incurrit: et hac ratione dicit, et quasi dira  
 passus incipit plorare.

**C**irca primū attenden

dum est q lz vnicuiqz homini dolere et plo  
 rare de damno suo sicut et de damno alteri  
 us: quia p̄cipit q homo diligat pximū sicut  
 seipm: et ideo dolere potest homo de dā  
 no suo: nō solū ex amore naturali puta si sit  
 damnū corpale et contra bonum nature et  
 quādo ille mortuus est a quo corporaliter  
 sustentabatur et iuuabatur in necessitatib⁹ suis  
 is: sicut habet **A**ctuū. ix. de **A**bita q erat  
 plena opib⁹ bonis et elemosinis quas faci  
 ebat. **E**t factū est vt infirmata moreret. **E**t  
 cum aduenisset petrus: circūsteterunt eum  
 omis vidue stentes et ostēdentes ci tunicas  
 et vestes quas faciebat illis dorcas. **E**t pe  
 trus ponēs genua sua orauit. et cōuersus  
 ad corpus dixit. **A**bita surge. **E**t illa apuit  
 oculos et viso petro resedit. et cum vocasset  
 petrus sanctos et viduas assignauit eā vi  
 uā. **S** multo magis potest etiā homo dolo  
 re de morte alicui⁹ amore spūali: vt si mor  
 tuus sit ille cuius doctrina vel consilio foue  
 batur in seruitio dei. vnde **T**hreno. i. **I**dcir  
 co ego plorās et oculus meus deducēs aqz  
 quia longe factus est a me cōsolator: cōuer  
 tens aiām meā. **E**ccli. xxij. **S**uper mortuū  
 plora. defecit em̄ lux eius. i. doctrina vel cō  
 silium quo te illuminabat et dirigebat. **E**t  
 ideo talia damna patiētib⁹ dī. **V**iere. ix.  
**D**educant oculi nostri lachrymas: et palpe  
 bre nostre defluant aquis: qz vox lamenta  
 tionis audita est. **I**n quibus quidē verbis  
 tangitur triplex tristitie effectus.

**P**rimus est ex dolore incipiente. s. qñ in  
 cipit lachryme apparere: et qñ ad hoc dī  
 cit. deducēt oculi nostri lachrymas.

**S**ecundus sequit ex dolore crescente vt  
 qñ incipit lachryme abūdānter ab oculis  
 fluere. et quātum ad hoc subditur. et palpe  
 bre nostre defluant aquis

**T**ertius est ex dolore vehementer affigē  
 te vt quādo voce lamentationis clamatur  
 et quātum ad hoc addit. qz vox lamenta  
 tionis audita est.

## **S**ermonū funebrū

**C**irca primū attendendū est q̄ lachrymarū ductio aliquādo videt̄ p̄desse etiā ad mitigandū dolorē. Cuius ratio duplex est. Prima quidē est q̄ omne necessariū interiūs clausum magis affigit; q̄ magis multiplicatur interiō anime circa ip̄m: si quādo ad exteriora diffundit tunc interiō anime ad exteriora quodāmodo disgregat̄: r̄ sic interior: dolor minuit̄, et p̄pter hoc q̄n̄ hoies qui sunt in tristitijs exteriori suā tristitiā manifestant̄ sicut aut̄ gemitu vel etiaz̄ h̄bo mitigať tristitia. Secūda q̄: semp̄ opatio conueniēs homini s̄m̄ dispositionē in qua est: est sibi delectabilis. Fletus aut̄ et gemitus sunt quedā opationes cōuenientes tristato vel dolore n̄i. r̄ ideo efficiunt̄ ei delectabiles. Cum igit̄ delectatio aliquā r̄ mitiget̄ tristitia vel dolorē sequit̄ q̄ p̄ fletū et gemitum tristitia mitiget̄. Et ideo b̄tus Augu. dicit in lib. iij. cōf. q̄ q̄n̄ dolebat̄ de morte amicū in solo gemitu r̄ lachrymis erat ei a liquidula requies. ynde ps. Fuerūt mihi lachryme mee panes. **S**ecūdus effectus ē qui sequit̄ ex dolore crescere. s. cū effluit ab undāter ab oculis aqua lachrymarum; et iō dicitur in auctoritate adducta, palpebre n̄ofre r̄c. Sed mirandū est q̄ aliqui sunt qui abundāt lachrymis pro damnis temporaribus dolentes vel p̄ morte amicū: qui tamen pro damno et morte anime sue se p̄ peccatis suis lachrymas habere nō possunt. r̄ talem dicit beatus Augustinus culpabiliter esse damandū. Sed hoc intellegendum est quādo defectus lachrymarū exterior: puenit ex defectu interioris doloris se p̄ quia plus dolet de morte amici q̄ d̄ peccato suo. Sed interdū defectus lachrymarum exteriorum puenit ex nimio dolore qui p̄pter calorem excitatus defecit. Interdum vero puenit ex eo q̄ homo se cōtinet vt̄ postea coram deo amplius doleat et lugeat. Interdum ergo puenit ex duritia complexionis: quia dolor de morte amici ē dolor magis sensibilis: r̄ ideo magis p̄pinquus ad resolutionem corporis. Sed quādo est dolor interior: magnus de peccato r̄ exteriori fluere facit abundātiā lachrymarum sicut fuit in Magdalena. tunc valz̄ ad abluionem peccatorū. et sicut etiā ps. se habuisse dicit in ps. Exitus aquarum deduxerunt oculū meū: quia non custodierūt legem tuam. et sequitur. pax multa diligentibus legem tuam r̄c. Tertius effectus est qui p̄

cedit ex dolore vehemēter affligētē: vt̄ quādo prumpit in vocem lamētationis: r̄ iō dicitur in auctoritate adducta. vox lamētationis audita est. Nam vbi magni dolores ibi magni clamores. et ideo p̄re dolores sit lamentum aliquādo magnis vocibus clamantium. s̄m̄ illud Hieremie. xxxi. Vox in excelsis audita est lamentationis luctus et fletus. Sed si facit homo tale lamentū de corporali morte amici: multo magis deberet facere lamentū penitētie de morte anime sue spirituali. Et deberet homo lamētari propter amissionē gratie cum qua etiam perdit omnes virtutes et omnia merita p̄cedentia. et deberet flere propter reatum gehenne: et deberet plangere propter p̄uationem celestis glorie quam scilicet meruit ex peccato. **B**

## **S**ecundo in themate

assumpto ponitur ratio fendi de morte alicuius propter mala que inde homo incurrit: quia quādoq̄ ex morte alicuius homo patitur dira mala. et ideo subditur: quasi dira scilicet mala seu anima passus incipit plorare. Et sic prima ratio tristitie fuit propter bonum amissum. sed ista secūda est propter malum commissum. Sed queritur a sapientibus quid magis sit causa tristitie an bonum amissum an malum commissum. Et respondetur q̄ sicut obiectum delectationis est bonum: ita obiectum tristitie est malum: et in motibus appetitiuis delectatio se habet per modum persecutionis et accessus: sed tristitia per modum fuge et recessus. Sic ergo delectatō per prius respicit bonū adeptum quasi propriū obiectum: ita tristitia respicit malum commissum. Unde eodem modo quo obiectū est causa passionis: magis proprie ē causa tristitie vel doloris malum commissum q̄ bonū amissum: s̄ vt̄ r̄ctus sit causa tristitie. Et si contingat q̄ bonū amissum sit maius q̄ malum commissum: erit maior tristitia de bono amisso q̄ d̄ malo commissio. Sicut s̄m̄ chrysostrōmū. tristitius erit reprobis audire i die iudicij. Discedite a me maledicti: quod pertinet ad amissionem boni se p̄ p̄uationes eterne beatitudinis: q̄ audire. Ite in igne eternū quod pertinet ad cōmissionē mali. vt̄ r̄ctus tamen quasi dira mala passi incipient plorare se p̄ ploratu eterno: quia nō habebunt spem euadendi: nec fiet eis ista dulcis allos

Ratio que fiet electis. scilicet venite benedicti  
 et c. quia tunc erit manifesta cognitio siue  
 discretio bonorum a malis et habebunt vitam  
 consummationem. i. crudeliter finem senten-  
 tiarum penam eternam. et hoc est quod dicitur  
 Sapientie. iij. Non habebunt spem nec in  
 die agnitionis allocutione. Nationes enim  
 inique dire sunt consummationis. Unde tunc  
 incipient plorare ploratu maximo propter mi-  
 serias ad quas ibunt damnationis eterne.  
 De quo ploratu dicitur Jacobi. v. Plorate vultu-  
 lantes in miseris vestris que supervenient  
 vobis. In quibus quidem verbis innuitur  
 triplicem conditionem pene damnandorum  
 in die iudicii. Prima quidem est: quia erit  
 fluctuosa. et ideo dicitur plorate. scilicet corde propter  
 penam anime interioriter: et vultu. scilicet voce  
 propter penam corporis exterioriter. Mattheus  
 secundo. Vox in rama id est in excelsis audi-  
 ta est ploratus et vultus multus. Secunda  
 quia erit calamitosa: quia in miseris. scilicet  
 propter privationem omnis boni et propter affli-  
 ctionem omnis malitiam enim in genere  
 privati omni bono scilicet superio. i. superna et  
 eterna beatitudine de qua nunquam spem ha-  
 bebunt. Item bono interno scilicet gratia dei propter  
 quibus habebunt vermes vitioz corrodentes.  
 Item bono externo. i. exterioribus bonis  
 temporalibus de quibus nullum refrigerium aut auxili-  
 um poterunt habere. Item habebunt miseri-  
 afflictionem omnis mali. Quia est triplex  
 malum homines affligens scilicet corporale: ima-  
 ginabile et intellectuale: et ipsi affligentur  
 corporaliter imaginabiliter et intellectu-  
 liter. Corporaliter quidem: quia post resur-  
 rectionem habebunt corpora quibus affli-  
 gentur sicut quibus corporis sensus horribiliter  
 Primo in visum: quia in tenebris erunt et lumen  
 solis aut lune vel stellarum nunquam videbunt  
 et dato quod aliquid viderent non viderent nisi  
 si horrenda scilicet penas suas et corpora defor-  
 mia et fantasias demonum. Item in audi-  
 tu nihil audiendos: nisi aut solum propter  
 ignem feculentum et fumosum. vel si non sit  
 ibi sicut quantum ad lachrymarum effusio-  
 nem et resolutionem: tamen tamen quantum  
 ad capitis perturbationem: aut stridorem  
 dentium propter frigus: aut blasphemias  
 dei et sanctorum propter furor: quia videbuntur  
 tur quasi velle corrodere linguas suas deum  
 et sanctos blasphemantes. Item in odora-  
 tu: quia de cadaveribus eorum ascen-

d et fetor. tum quia quidam in nauseam ha-  
 bebunt de seipsis et de alijs. Item in gustu  
 quia erunt in continua fame et siti. sicut pa-  
 ter de diuine epulone. Tunc decimo sexto. Quod  
 guttam aque super linguam petiunt: recor-  
 dabuntur forte delectationis quas habue-  
 runt in cibis et potibus: et multum eas ad  
 refrigerium pene habere desiderabunt: sed  
 non poterunt. Item in tactu contrarietate  
 frigoris et caloris: quia transibit ab aquis  
 nimium ad calorem nimium. Secundo affli-  
 gentur imaginabiliter. Malum enim ima-  
 ginabile est quod apprehenditur auribus  
 sensibus interioribus. scilicet memoria imagi-  
 nativa et estimativa. Ipsi enim affligentur  
 ex memoria scilicet preteritorum vel delecta-  
 tionum et gaudiorum que habuerunt: et tunc  
 videbunt se privatos et esse sibi in penam.  
 Item quoad imaginationem et sensum ma-  
 loz presentium que habebunt actualiter.  
 Item quantum ad estimationem malozum  
 futuroz: quia sunt in eis semper mansuri  
 et nunquam exiituri: nec imaginant vel vident  
 aliquid unde estimare possint aliquod reme-  
 dium. Tertio affligentur mentaliter si-  
 ue intellectualiter triplici ratione. Primo  
 ratione vermis: quia in mente eorum sunt  
 multi vermes: tot enim sunt vermes quot ha-  
 buere peccata mortalia: quorum remedium  
 durissime corrodunt eos. unde Esayes sexta  
 gesimo sexto. Vermis eorum non morietur.  
 Secundo ratione criminis: quia sunt  
 in eis tria que sunt peccata et sunt pene scilicet  
 licet odium invidia et ira: quia ista peccata  
 habent penam in seipsis. Habent autem  
 damnati summum odium inter se et ad de-  
 um et ad sanctos: immo etiam patres ad  
 filios et conuersos. Cruciantur etiam in-  
 vidia quam habent ad beatos videntes  
 eos esse in gloria inestimabili. Cruciantur  
 etiam de ira quam habent contra deum et  
 sanctos et etiam ad seipsos. Tertio ratio-  
 ne cognitionis. scilicet intellectus: quia cog-  
 noscunt quanta bona amiserunt et mala  
 que patiuntur. Et pene tanto sunt maiores  
 quanto magis a patribus eas cognoscuntur:  
 eo quod ignorantia multum minuit de pena.  
 et licet sint obscurati corporaliter: tamen ad  
 maiorem penam suam habet lumen intellectus  
 quo plene penas suas et damna cognoscunt.  
 et maxime affliguntur videndo et percipiendo  
 se detineri et pati a vilioribus creaturis. scilicet

## ¶ Sermonū funebriū

animā ab igne corpore et tūc accidet cuti  
libet damnato quod dicit Job. x. Nō leuabo  
caput saturatus afflictione et miseria. Ter  
tia conditio pene illorū erit: qz erit improui  
sa. Unde dicit in auctoritate adducta, q sup  
uenient vobis scz ex improuiso. Esa. xlyij.  
Veniet sup te repente miseria quas nescis.  
Sapi. xix. Impijs vsqz in nouissimus sine  
mīa ira supuenit. i. Thessal. v. Cū dixerint  
pax et securitas tūc repētinus eis supuēiet  
interi⁹. S; iustis qui deū tanq̄ patrē suū  
honorauerūt supueniet illud qd pmittitur  
Ecl. i. ij. Honorā inquit patrē tuū vt sup  
ueniat tibi benedictio a deo. Silla qua iusti  
honorabunt benedicti qñ dicit eis illō mar.  
Venite bñdicti patris mei possidete p̄tra  
tū vobis regnū. Ad quod nos pducatur.  
¶ De patientia habenda in hoc mundo.

Sermo • V

### ¶ Patientia vobis ne

**P**ecessaria est vt voluntatē dei fa  
cientes repositis re promissio  
nem. Debe. x. Quāvisqz medicus pmit  
teret salutē infirmo: nō tamen daret ei nec  
sanaret: nisi reciperet et patiēter portaret  
medicinā etiā asperam: et penosa q illi face  
re vellet. Sic deus lz pmittat salutē eternā  
hoībus: quia vult oēs homines saluos fieri:  
non tñ saluat eos qui mala p̄stita: q ad pur  
gationem et correptionē peccatorū nostrorū  
vel ad meliorationē nostrā vult nos in vi  
ta ista pati: nō patienter ferūt: siue sint ma  
la egritudinū quas patimur in corpib⁹ nō  
stris: siue sint mortes hoīm quas patimur  
in nostris cōiunctis: siue sint damna rerū  
que patimur in diuersis infortunijs. Et iō  
si assequi volumus re promissiones salutis  
scz vite eterne, de qua dicit Job. ij. Nec ē re  
promissio quam ipse pollicitus est nobis vi  
tam eternā, opz nos in aduersis hnt̄ mū  
di habere patientiā, et hoc est quod dicit  
i verbis propofitis. Patientia vobis ne  
cessaria est etc. ¶ In quibus quidem ver  
bis tria facit.

¶ Quia pmo inducit ad p̄tutis habitū: cū  
dicit patientia vobis necessaria est.

¶ Secōdo ad eius meritum: cū subdit. vt vo  
luntatē dei faciētes, s; p. patientiam.

¶ Tertio ad ipsius premiū: cū addit. repositis  
re promissionem.

### ¶ Circa primū notādum

est q̄ sicut nauis indiget gubernaculo: et si  
cut vita corporalis indiget cibo: et qui bel  
lat indiget armature munimento, ita ho  
mo p mare huius seculi nauigās in decur  
lu p̄ris vite positus et vndiqz aduersis im  
pugnatus: indiget patientie habitū: et tūto.  
¶ Nā pmo patientia hoīs est sicut gubernacu  
lum nauis, vnde sicut nauis sine guberna  
culo ventis et turbibus agitatur et tandem  
tempestate compulsa frangit ad rupes vel  
ad scopulos: sic cor impatiētis tribulationū  
ventis et p̄secutionū turbibus a stabilitate  
sua euellit et ad iracundiā et odiū vel des  
perationem deductū p̄dit. Sed eōrario  
sicut dicit Prover. xiiij. qui patiens est multa  
gubernat patientia. Item in huius vite de  
cursu ad modū afini cardus pigitius pa  
scitur: in aquis amaris tribulationum vi  
uit vt piscis: et ad modū ciconie deuocat p̄  
pentes venenosos et ei nō nocent, quia scz  
patiētes viri venenosos h̄bis et cōtumelias  
et detractionib⁹ nō moriunt sed pascuntur  
et sunt vt viti qui h̄beribus impingunt et  
lapides increpationes in panē eis conuer  
tunt: et vt salamadā viuit in igne tribula  
tionis. Item homo patiēs vincit et tūm  
phat de hostibus sine ictu et repulsione: et  
quia nō leuaret vniā festucā ad eos feriens  
dos. et ideo bene dicit p̄uerbium, q̄ vincit  
qui patitur, et si vis vincere discē pati: quia  
vere patiēs a toto mūdo vinci non potest.  
¶ Seneca. Facilius est gentē vnam q̄ homi  
nem vniū vincere. Sed ista patientia robo  
ratur in nobis ex spe eterne et inuisibilis p̄  
mij quod expectamus: et ex gratia sp̄s san  
cti a quo iunamur, et hoc dicit apostol⁹ Ro  
ma. x. Quod nō videmus speramus et per  
patientiā expectamus: sed et sp̄s adiuvat  
infirmitatē nostrā. ¶ In quibus qdē h̄bis  
describunt tria q̄ faciūt nos in vita ista pa  
tienter ferre aduersa.

¶ Et primū est meritum fidei: quia credi  
mus quod non videmus.

¶ Secundum est desiderium p̄remij: quod  
scilicet speramus et per patientiam expe  
ctamus habere.

¶ Tertium est auxiliū dei: qz sp̄s scz sanct⁹  
adiuvat infirmitatē nostrā.

¶ Circa primū attendendū qz fides ē per  
quam homo assentit credere ea que sūt sus  
pra rationem: et p̄pter hoc fides est merito  
ria: quia fides non habet meritū vbi hu  
mana ratio prebet experientiam. Unde

dicit **I**ndorus q̄ fides est qua veraciter credimus q̄ nunq̄ videre valem⁹, ⁊ ideo fides est fundamentū christiane religionis. **U**nd̄ opera indeoz ⁊ paganoz nō sunt beatitudinis meritoria neq̄ alicui⁹ boni diuini, quia, vt dicit **Deb. xi.** Sine fide impossibile ē placere deo. ideo dicit **Augustin⁹** super **Job.** q̄ sicut i radice arboris nulla apparet proz, sicut species pulchritudinis ⁊ decoris: ⁊ tamē quicqd̄ est in arboze pulchritudinis ⁊ decoris ex illa procedit. Sic ex fidei humilitate quicqd̄ est meriti quicquid ē vere beatitudinis sua susceptura pcedit tūmodo sit fides vira scz cū gratia ⁊ operib⁹. **U**nde **Job. xx.** **B**eati qui nō vident ⁊ crediderūt. **E**t dicitur beati. s. futuri: qz per talē fidē merentur eternā beatitudinē. **T**ali ergo fidei merito ⁊ virtute roborati vincunt per patientiam omniū mūdi aduersa: inq̄tum ex fide cognoscunt. qz nō sunt condigne passionē huius tēporis ad futurā gloriā. vt dī **Rom. viii.** **U**nde. **ij. Cor. iiii.** **I**d qd̄ in p̄senti momentaneū est ⁊ leue tribulationis nostre: supra modū in sublimitate eternū glorie pondus operat̄ in nobis: nō contēplantib⁹ nobis q̄ vident: sed q̄ nō vident. que em̄ vident tēporalia sunt: que autem nō vident eterna.

**S**ecūdo roborat nos ad patienter tolerādū aduersa p̄p̄t premiū qd̄ speram⁹ ⁊ expectam⁹ per patientiā habere. **U**nde si volumus ad istud premiū per patientiā venire: oportet q̄ sperem⁹. i. spem nostrā ponamus non in mundo sed in deo. **S**olet em̄ dici de aliquo qui multū cōfidit de eo qui nūq̄ fuit amicus: fidei. iste est stult⁹ qui cōfidit i isto. **I**ta certe multi sperant ⁊ habent spem in bonis mundi q̄ nunq̄ fecerunt fidelitatē sed semp̄ deficiunt in necessitate sicut arcus de sambuco. **p̄s.** **E**cce homo qui non posuit deū adiutorē ⁊ c. iste talis stult⁹ est. **U**nde **i. Tim. vi.** **D**iuitib⁹ hui⁹ seculi p̄cipe non subltine sapere: nec sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui prestat nobis abunde ad fruendū. **S**ed illi qui sperāt in illis q̄ non vident scz bonis supernis nō sunt decepti: qz iuuāt in necessitate ⁊ sunt eterna **Eccl. ij.** **N**ullus sperauit in dño ⁊ confusus est. **p̄s.** **S**pera in dño ⁊ fac boni. ⁊ in ha. ter. ⁊ pa. in di. eius. **E**t sequitur in auctoritate apostoli adducta: per patientiā expectam⁹. **A**liquādo contingit q̄ aliquis habet bladū seminātū in terra vel vineā bene cultam: ⁊ contingit q̄ venit ad aliquā necessitatem

⁊ non vult sustinere: ⁊ ideo vendit bladum in herba vel vinū in agresta. id est vnus in maturis ⁊ acetosis seu viridibus: ⁊ tunc nihil capit in fine. **S**z alij aliquando sustinent paupertatē ⁊ expectant maturitatē segetis ⁊ tunc habēt fructū. **I**ta est spiritualiter: qz alij habent bladū seminātū vel vineā in paradiso per spem ⁊ bona opera: ⁊ gaudiū paradisi talibus est in herba. **S**ed quando venit vna tribulatio vel vna tēstatio statim p̄pter suam leccacitatē complendā vendūt bladum pro vno modico peccato vel assensu vel delectatione. **S**ed alij qui foriter restant ⁊ sustinent in patientia in maturitate colligent fructū scz eternū. **I**aco. v. **P**atientes estote fratres vsq̄ ad aduentū dñi. **E**cce agricola expectat preciosum fructū terre patienter ferens donec accipiat tempore vni ⁊ serotinū. **T**ertiu⁹ qd̄ facit nos patienter ferre aduersa est auxiliū spiritus sancti. ⁊ ideo subditur in auctoritate inducta: sed spiritus adiu. infir. **I**ta em̄ est de anima sicur de gallo super campanile. quia mouetur ad omnē ventum: quia non est firmiter fixatus. **I**ta certe anima que est sine gratia spiritus sancti est instabilis. quia mouetur tentationi. vnd̄ ē sicut homo qui ē in ianua is mortis: qui nō potest resistere morbo: qz natura nimis debilitata ē in ipso: ⁊ oportet eum voluere de lecto in lectum. **I**ta certe est anima sine spiritus sancti gratia. quia nō potest resistere morbo peccati: sed per peccatus debilitatur ⁊ voluit de lecto in lectū. vt de peccato cogitationis in delectationē: ⁊ delectatio in consensum: ⁊ inde in operationē: ⁊ inde in consuetudinē: si spiritus sanctus per gratiam suam dat anime vigoriē resistendi peccatis: nec potest ibi diabolus aliquid accipere. quia bannitus est. scz nec oculum ad male videndum: nec os ad male loquendū: nec manū ad male operandū: nec cor ad male appetendū. **U**nde **Eph. iij.** **D**et vobis s̄m diuitias glorie sue virtute corroboreari in interiori homine per spiritū eius. **N**ota qz bene indign⁹ adiuuari. quia caro concupiscit aduersus spiritū ⁊ spiritus aduersus carnē. vnde si faciamus mala spiritus non vult: si bona caro repugnat. **S**ed vnde ista contrarietas in vno homine reperitur? **R**esponso. caro ē natione terrestris ⁊ delectatio generatur: spiritus autē celestis quia a deo corpo: i infunditur: ⁊ quilibz habit ad suam naturam. vnde caro trahit ad delecta

## Sermonū funebriū

tionem inferiores. sed ad auaritiam superbiam  
gulam et ad carnis illecebras multus facit  
bonum tractum et grossum, sed spūs trahit  
ad superiores. unde Roma. viij. Qui enim  
sine carnis sunt ea que carnis sunt sapiunt  
qui vero sine spiritu ea que sunt spiritus sentiunt.  
et ideo quicquid spūs dei agunt hi sunt filij dei.

### Secundo in themate

assumpto inducimur ad patientie meritum  
cum subdit. ut voluntate dei facientes. In  
hoc enim voluntate dei facimus. quod patienter  
toleramus aduersa, non quia deus delectetur  
in afflictionibus nostris, sed in merito et fru-  
ctu patientie nostre. sicut pater ponit filium  
in manu chirurgici ad incidendum vel inci-  
dendum ut sanet eum. Vel sicut pater nos-  
trus mittit filium ad redimendum ad icum  
ut discat vincere et honorem. Tunc ergo sine  
voluntate dei parimur, quando in his que  
patimur patientiam habemus: ut ex ipsa pa-  
tientia profectum consequamur. et ideo dicit  
prima Petri. iij. Qui patienter sine volun-  
tate dei fideli creatori commendant ani-  
mas suas in beneficio. In quibus quidem  
verbis traditur forma patientie merito: et  
perfecte in tribus. Primum est ut patienter inno-  
center, id est ut non committat peccatum vin-  
de pati mereatur. Nam sicut dicit beatus dionysius,  
puniri non est malum: sed fieri pena  
dignum. Unde. i. Petri. iij. Nemo vestrum  
patienter quasi homicida aut fur aut male-  
dicus aut alienorum appetitor. Et istud est pa-  
ti sine voluntate dei. id est ut homo sine cul-  
pa sua patienter. Et si tu dicas. voluntas dei ius-  
ta est et pia. velle autem pati aliquid sine cul-  
pa neque iustum videtur neque pius. unde si  
deus non vult mortem peccatoris: multo mi-  
nus mortem innocentis. Responsio. Dicitur  
quod neque est contra iustitiam dei neque contra pie-  
tatem eius. quia ipse velit quod innocens patienter  
ferat penam illatam sibi sine culpa. ut ex  
ipsa patientia coronetur et glorificetur. Nam  
temporalia et corporalia bona sunt quidem  
aliqua bona hominis: sed tamen parua. bo-  
na autem spiritualia sunt magis bona. Non  
est ergo crudele vel contra pietatem aut iusti-  
tiam quod deus velit innocentes et virtuosos  
quod ros pati detrimentum in bonis corporali-  
bus vel temporalibus ut dentur eis bona  
spiritualia que sunt maiora: immo pertinet ad  
diuinam iustitiam ut virtuosus det spiritualia  
bona: et de temporalibus bonis vel malis

tem det eis quantum sufficit ad virtutem, et ideo  
beatus dionysius dicit. viij. ca. de diu. no.  
quod diuine iusticie est non emollire optimorum  
fortitudinem materialium donationibus. Et  
quod dicit non vult mortem peccatoris intelligit  
de morte spirituali peccati quas deus non vult.  
Patet ergo quod pati sine voluntate dei est  
patienter ferre penam sine culpa illatam. Et  
ideo dicit. i. Petri. iij. Melius est enim benefa-  
cientes: si velit voluntas dei pati quod malefa-  
cientes. Et exponit quod melius est: quia ma-  
ioris perfectionis et commodi. Augustinus.  
Perfectio christianitatis est bona facere et  
mala pati. Et sequitur. si velit voluntas dei. sed  
sine culpa nos pati. in quo inuit quod ex volun-  
tate beneplaciti dei est sic pati. Secundo  
in auctoritate inducta traditur forma meri-  
torie et perfectie patientie quantum ad hoc quod ho-  
mo patienter salubriter. et hoc est quando hi  
qui patienter fideli creatori commendat ani-  
mas suas. Obi norandum quod ille qui vult res  
commendare vel depositare apud aliquem  
vult rem multum sibi charam: multum confu-  
cit respicere ad qualitate persone cui recomen-  
dat. pura quod sit persona fidelis et quod sit amicus  
et quod restituat sibi quando voluerit. Sed nulla  
res est quae homo debet habere ita charam  
sicut animam suam. quia plus debet habere  
eam charam quam totum mundum. Quid enim  
proficit homo si lucrifera vniuersum mundum.  
se autem ipsum perdat et detrimentum sui fact-  
at. Luce. ix. Unde multum debent homines  
respicere quod non commendent animas suas per-  
sone infidelis et qui non sit amicus sicut dia-  
bolus est: qui stulti quidam peccatores recomen-  
dant se: sed debet eas recomendare deo  
quia est fidelis scilicet in promissis. Isti meri-  
tatores qui recipiunt pecuniam sibi commē-  
datam vel locatam ad commune commodum  
vel incommodum sine ad lucrum et damnum  
et promittunt respondere de parte lucri con-  
tingente. si sint persone fideles et bene respon-  
dunt. Et sic christus filius dei his qui commendant ei  
animas suas et volunt tenere eas eo ad dā-  
num. scilicet patienter in mundo isto sicut ipse  
passus est innocenter: in alia vita fideliter  
respondet de lucro suo faciendo eos parti-  
cipes glorie sue. ps. Fidelis dominus in om-  
nibus verbis suis. unde bene seruat quod pro-  
misit. Job. xvij. Volo ut vbi sum ego: et illi  
sint mecum: ut videant claritatem meam. Ipse  
etiam deus est amicus: quia creator est qui

Abil odit eoz que fecit. r ideo secure debet homo in manib' suis ponere r comendare animā suam, quia nō solum custodiet eam illesam: sed etiā meliorabit r perficiet eam. Et propterea dicebat ps. In man' tuas comendo rē. vnde animā quō redemit de manu diaboli tam charo precio, scz sanguinis sui quādo venerit ad manus suas optime tractabit r conseruabit. Sap. iij. Iusto: um anime in manu dei sunt rē. Tertio ostenditur modus perfecte patientie. vt patitur homo amice: illterid ē vt ei a quo patitur non reddat malū pro malo vt inimico: sed potius benefaciat ei vt amico. Et ideo sequitur in auctoritate petri adducta superius, in benefactis. i. vt benefactis his a quib' patimini: sicut illud Matthe. v. Benefacite his qui oderunt vos. Romān. xij. Si esurierit inimic' tuus ciba illum, si sitit potum da illi hoc em faciēs carbones ignis cōgeres super caput eius. Unde Valerius maxim' ait Spectosus aliquantulū iniurie beneficijs vincit q' mutui odij cōpēlarōe tollant.

**Tertio in themate asumpo** inducimur ad patientie premium: cum addit. reponeris reponissione. i. vltam reponissam. Et ratio ē, quia patientia nascit ex charitate. i. Cor. xij. Charitas patientis est, charitas autē est radix merendi vite tam eternā. r ideo reponissio glorie vite eterne facta ē specialit' diligentib' r patientibus. Jaco. i. Beatus vir qui suffert tentationē: quomā cum probat' fuerit: accipiet coronam vite. In quib' quidē verbis facta bear' iacobus tria.

**Quia primo** comendat patientie actū qui est suffere tentationē: vnde ait. beatus vir qui suffert tentationē.

**Secundo patientie vsum:** cum probatus fuerit scz ex multis toleratis.

**Tertio patientie fructū:** quia accipiet coronam vite.

**Circa p̄mū notandū** q' ille qui est bene armatus r ita cautus r fortis q' pugnādo cū aduersarijs in nullo leditur ab ictib' r a percussionib' eorum: talis finaliter assequit victoriam r gloriā: quia qui plus potest sustinere pugnam: ille finaliter vincit. Sic est in bello patientie, quia patiens non leditur ab aduersarijs: r ideo vincit, r ex victoria beatificatur r glorificatur. Unde Jaco. v. Ecce beatificam' eos qui sustinuerunt: suffere:

tiam iob audistis: r finē dñi vidistis. Secundo in auctoritate adducta describit patientie vsum, q: cum pbatus fuerit, Acta aliquando clericus vult habere pbendaz r esse magister in artibus, vnde oportet prius q' examinet r probeat. Ita qui vult habere pbendā paradisi oportet q' prius probetur in multis tentationibus: r q' bene se habeat r non redigat in redargutionē. Nō em sufficienter pbatur deric' in vno arguimento neq' miles in vno torneamento: sed quādo fuit in plurib' guerris r in pluribus torneamentis: tunc dicit' pbat' miles: r efficitur amic' principis. Unde Judith. viij. Per multas tribulatioes pbatus dei amic' effectus est. Unde bonitas auri pbatur in igne. quādo em applicat igni r nō cōsumit tunc verum r pbatum est aurū. Sic quādo tales applicant ad ignem tribulationis vel tentationis r non consentiunt peccato sed veraciter se tenent: sicut probati quasi aurum, Prover. xvij. Sicut in igne probat argentū r aurum in camino: ita corda hominum probat dñs, vnde tanq' aurum in fornace probauit illos. Sapie. iij. Item pbat aurum in tactu lapidis. sic homo pbatur p vituperis, si em est verum aurum ibi scitur. Sic si hō est dulcis r patiens: si multi habēt morbū noli me tangere. Sicut. xvij. Accede huc ad me vt tangā te r probe. Item pbat aurum pōdere, sic homo in vno amore q' habet amorē suū bene scitur. scz in celestib' tunc habet verū pondus, qz amor est pondus in spiritualib' sicut Augustini. ps. Dñe pbasti me r cognouisti me rē. quasi dicat, vos bene scitis vbi posui cor meuz. De tali ergo pōt dici q' bene sit pbat': r tales sunt apti ad bellū dñi. Ad bene figurat Judic. vij. vbi legit q' populus israel. id ē dei habebat p̄lium contra madiā r amalech, id est contra demones. Madiā interpretatur cōditio aut iniquitas, Amalech interpretatur populus lambitens, id est diabolus qui lingit seu lambit nostram damnationē. Et dicit domin' ad Sedeon qui interpretatur tentatio iniquitatis. Duc eos ad aquas r ibi pbabo illos. Qui manu r lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere: separabis eos, qui autem curuatis gembus biberint flexo poplite in altera parte erunt. Pauci lambuerunt aquas, r illi qui lambuerunt non curuauerunt genua sua: incruent ad bellū r liberauerunt israel. Ite aque sunt mundane

## ¶ Sermonū funebrū

delectationes, illi lambunt manu & lingua qui licet tententur non incurvantur ad peccatum: sed illi bibunt sero poplite qui se dant toto affectu & ingurgitant se, & ideo alij sunt probati & apti ad bellum. **Tertio** describit patientie fructū tripliciter. **Primo** ex dignitate, quia accipiet coronam vite, id est vitam interminabilem & eternam, quia corona ratione circularis figure que principio caret & fine: designat eternitatem: sed ratione officij dignitatem, scilicet glorie & honoris, ps. Gloria & honore coronasti eum etc. **Secundo** ex firmitate: quia repromisit deus, id est firmiter promisit. **Ps. x.** Fidelis est deus qui repromisit id est non deficiet in promisso. **Tertio** ex congruitate, quia diligentibus se. **Congruus** enim est quod amici exultent & gloria accipiant a deo. **Ecd. i.** Secundum datum suum prebet illa diligentibus se scilicet vitam eternam. **Ad** quam nos perducat deus iesus christus dei filius etc.

**¶ De non flendo super iustos. Sermo VI**

### **N**olite flere super me

**N**olite flere super me. **Luc. xxiij.** **Dicit** quod syrena quando videt tempus clarum & serenum tristratur & luget: si quando habet tempus turbulentum & nubilosum triletatur & cantat. **Sic** accidit viuentibus & specialiter peccatoribus de flentibus in morte viri iusti & sancti, quia tunc vir iustus habet tempus clarum & serenum quando mortuus est: quia iam exiit de miserijs & tenebris huius vite: & transiit ad tranquillitatem & claritatem alterius vite. **Sed** tempus turbulentum & nubilosum habent illi qui remanent in vita ista, ubi est obscuritas ignorantie: turbulentia multarum tribulationum & reuerentium: tenebrositas peccatorum, & ideo ille posset dicere iustus mortuus his qui deflent mortem suam & precipue peccatoribus & remanentibus in vita ista sicut dicit in verbis propositis, quod dixit dominus noster mulieribus de hierusalem que post eum plorantes ibant quando ipse ibat ad mortem crucis. **Nolite** inquit flere super me etc. **A**

**¶ In** quibus quidem verbis si assumantur ut dicitur ex persona iusti viri defuncti vel iuste mulieris ad consanguineos vel consanguineas lugentes continet principaliter tria.

**¶ Quia** primo prohibet ab eis tristitiam: cuius dicit nolite flere.

**¶ Secundo** inuit suam gloriam: cui subdit, super me

**¶ Tertio** ostendit remanentium miseriam: in eo quod addit, sed super vos ipsos etc.

### **¶ Circa** primū notandum

